

Nf. 24.



39  
QVOD. FELIX. FAVSTVMQVE SIT.  
DE.

RELIQVIIS. MELIORIS.  
HVMANITATIS.

IN. BARBARA. AETATE.  
AVSPICANDI. MVNERIS. CAVSSA.

DIE. VIII. OCT. CLIOCCXXXI.

IN. CONCIONE. DICTVRVS. EST.

FRIDERICVS. WIDEBVRG.

I. V. D. ET. ELOQVENTIAE. P. P.

CVI.

VT. INTERESSE. VELINT.

SOLEMNITATI.

MAGNIFICVS. HVIVS. ACADEMIAE. PRORECTOR.  
ILLVSTRIS. EIVSDEM. CANCELLARIVS. ILLVSTRIS.  
DIRECTOR. PROFESSORES. OMNIVM. FACVLTATVM.  
ATQVE. SCIENTIARVM. SPECTATISSIMI.

ILLVSTRIS. HVIVS. CIVITATIS. PRAESES.  
CETERIQVE. MVNERIS. DIGNITATE. AC. SANCTITATE. *at.*  
EXCELLENTISSIMI. VIRI. LITTERARVM. FAVTORES.  
FLOS. DENIQVE. LITTERATAE. IVENTVTIS.  
COMMILITONES. OPTATISSIMI.

EA. QVA. PAR. EST. OBSERVANTIA. ATQVE. HVMANITATE. ROGANTVR.

---

HALAE. SALICAE.

OPERIS. GRVNERTIANIS. 1731.



On sine exemplo egredior in concionem, auspicandi muneris causa uerba facturus publice. Fuit hic mos a longa diurnitate obseruatus praestantissimis uiris, ut scientiarum artiumque electi antistites, pro illarum commendatione dicerent aliquid, & quodam fidei sacramento se obstringerent, suis etiam conatibus gratiae aliquid atque celebritatis conciliare niterentur. Quam rem confirmare exemplis nunc quidem longum nimis, ac forte minus idoneum foret: neque, ut id facerem, nunc quidem ad scribendum accessi, cum facilis sit eius rei fides apud omnes. In quo instituto cum id maxime occupasse uiderem maxima ingenia, ut disciplinas suas debitis extollerent laudibus, ad earumque amorem singulos excitarent: nolui equidem ex ea quoque parte illorum defugere auctoritatem, & in domestica causa quasi peregrinus orator uideri, meorumque studiorum commemoracionem quibusuis alienis aut longius ductis argumentis excludere. Maior interim cura haec, ut in exhausta orandi materia, (cum nullius prope rei, quam humaniorum litterarum, laudes oratorum uoces fatigauerint magis) proferrem aliquid inexpectatum, & a multitudinis sensu remotum, quod aliqua tamen necessitudine easdem

dem attingeret, earumque laudibus finitimum  
esset. Hac mente atque consilio dicere statui de  
melioris humanitatis conditione, quae fuit in iis  
aetatibus, ubi extincta quodammodo vis omnis  
ingeniorum, & ipsa propemodum inter morta-  
les sublata fuit optimorum studiorum memoria.  
Quum in iis enim communibus temporum ca-  
lamitatibus exstiterint omnino, qui majus ali-  
quid & elegantius suo aevo dicerent scriberent-  
que, & in illa nocte siderum instar effulgerent:  
putavi sane, id esse dandum praestantiae egregia-  
rum litterarum, quae sui amorem barbaris quo-  
que pectoribus ingenerare, & eximia pulchritu-  
dine obscuras quantumvis mentes allicere ualent.  
Ex quibus exemplis iudicium ferri oportet mo-  
derate, ut illis quidem partus tam inusitata do-  
ctrina deferatur honos, neque barbarae tamen  
aetati ea tribuatur scientiae lux atque doctrinae,  
qua cultiores aetates ab illa distingui suo iure de-  
siderant. Nimia itaque erga barbariem liberalitas  
fuisse uidetur doctissimi uiri, POLYC. LYSERI, uici-  
nae Iuliae professoris celeberrimi, quandoquidem  
omni liberare languoris suspicione mediae aeta-  
tis scriptores, & optimorum studiorum laudi at-  
que integritati nihil propemodum ab iis tempo-  
ribus detractum esse, quadam, ut opinor παρὰδοξο  
σοφίας uoluptate adserere, conatus est. Alit sin-  
gularem opinionem cum *de ficta mediae aevi bar-  
barie*

*varie dissertatio*, quae ob nouae rei cupiditatem rariorem sui copiam effecit jam pridem, tum liber *de poëtis aevi medii*, multae ceteroquin eruditionis ac lectionis copia insignis. Ego uero inter utriusque fiduciam opinionis medio tramite incessi, ut consulere[m] commendationi meliorum tolerabiliumque ingeniorum, & parcendum ducerem laudibus inuisae aetatis, quas nullo jure inire potest, neque eas ultro desiderare uidetur, cum bonarum litterarum tum communis contentus uulgatus sit per orbem uniuersum, & multitudini scriptorum eam labem addiderit, quae certe apud nos, siquidem decus litterarum ex sua integritate metimur, sine fastidio esse non potest. Dicitur solemnitati dies est VIII. Octob. *1771*  
Cui ut interesse uelint MAGNIFICVS DN. PRORECTOR, ILLVSTRIS DN. CANCELLARIVS, ILLVSTRIS DN. DIRECTOR, PROFESSORES OMNIVM FACVLTATVM SPECTATISSIMI, ILLVSTRIS HVIVS CIVITATIS PRAESES, FLOS DEINCEPS STUDIOSAE IUVVENTVTIS, quam uel generis splendor, uel uirtutum animique ornamenta praeclare nobilitarunt, OMNES TANDEM LITTERARVM FAVTORES, ea, qua decet, obseruantia atque humanitate a me rogantur. Scripsi in Regia Fridericiana d. XXIIIX. Sept. clb lcccxxxi.

Ja 1586

ULB Halle

3

001 508 687




St

VD 78

VD 78







QVOD. FELIX.

RELIQVIIS  
HVMA  
IN. BARBA  
AVSPICANDI,

DIE. VIII. O

IN. CONCIONE

FRIDERICVS

I. V. D. ET. E

VT. INTER  
SOLE

MAGNIFICVS. HVIVS. A  
ILLVSTRIS. EIVSDEM. C  
DIRECTOR. PROFESSORE  
ATQVE. SCIENTIA

ILLVSTRIS. HVIVS.  
CETERIQVE. MVNERIS. DI  
EXCELLENTISSIMI. VIRI,  
FLOS. DENIQVE. LIT

COMMILITONE

EA. QVA. PAR. EST. OBS  
NITATE.

HALAE.

OPERIS. GRVN

39  
IS.

A.

OR.  
RIS.  
VM.  
I.

ATE.  
RES.

at.



Centimetres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Farbkarte #13

B.I.G.

